Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/338559

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

SIMONIS KARSTEN,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CORNELIUS PAULUS HOYNCK VAN PAPENDRECHT,

Gertrudimontanus.

AD DIEM XXII M. DECEMBRIS MDCCCXLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD H. H. VAN ROMONDT.

TYPIS K. J. GIEBEN.

THESES.

I.

Furiosus qui damnum dedit, minime re obligatur; nec adsentiri possum clar. SCHÖMAN, contra eum dari actionem de pauperie utilem.

II.

In contractibus, qui dicuntur innominati, de periculo eadem regula valet, quam in emtione et venditione.

III.

In contractibus innominatis condictioni ex mera poenitentiâ locus est.

IV.

Locus Ulpiani in fragmentis, Tit. XXIV. § ult. »legatorum perperam solutorum repetitio non est;" bene se habet.

V.

Non assentiendum videtur clar. SAVIGNY, propter mutuam tantum pecuniam antiquitus addictioni locum fuisse.

VI.

Cui testamento liberatio legata est, liberatur et de debito qnod suo nomine contraxit, et de fidejussione.

VII.

Venditor rei immobilis, transcriptione ex art. 671 c. c. factâ, suae obligationi antea quam rem tradidit emtori, non satisfecit.

VIII.

Emtio rei alienae, bona fide facta, non est nulla.

IX.

Art. 1984 et 1985 c. c. intelligendi de praescriptione et non de usucapione.

X.

In art. 207 c. c. legendum est: *»waarin het huwelijk voltrokken wordt.”*

XI.

Art. 1604 c. c. non excludit interrogationes in jure faciendas.

XII.

Aequitati convenit, quod in art. 203 c. m. regressus unice conceditur contra trassantem.

XIII.

Commissionarius, qui nomine committentis emit, ex art. 84 c. m. in rebus sibi traditis habet jus pignoris.

XIV.

Derelictio ex art. 497 c. m. singularis dolii fieri potest, licet de naula per aversionem convenerit.

XV.

Qui foro cedit administrationem rerum suarum amittit, inde a die denuntiationis, ex art. 769 c. m., et non a die sententiae, ex art. 770 c. m.

XVI.

Probandum est, quod pecunia numerata, aeque ac reliqua res, de jactu teneatur.

XVII.

Societas anonyma, tam jure francico quam nostro, foro cedere potest.

XVIII.

Qui delictum, quo respublica directe non laedatur, non detulit magistratui, puniri non debet.

XIX.

Socius, qui ante delicti consummationem, idoneo

tempore, magistratum conscium facit, at omni paena liberandus est.

XX.

Furtum a tabellariis, sive postarum publicarum officialibus admissum, lege accuratius definiendum, et singulari poenâ vindicandum est.

XXI.

Jusjurandum ab illo juste exigi nequit, qui ejus praestationem religioni, quam profitetur, adversari existimat.

XXII.

Duellum, tamquam crimen sui generis puniendum.

XXIII.

Locus Senecae, in libr. I. c. XXII. de Clementiâ, qui est: »In vindicandis injuriis, haec tria lex secuta »est, quam princeps quoque sequi debet, ut eum »quem punit emendet, aut ut poena ejus caeteros »reddat meliores, aut ut sublatis malis securiores »caeteri vivant;" poenarum finem egregie exponit.